Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497694-p0001-6

Halberstadt. No. 7. Contenta 21.

A 35

Sanctorum patrum Aurea dicta.

Eruditiones christiane religionis utiles et necessarie

Dyalogi M. Alphonsi Kirij de purgatorio

Collectanea Adagiorum veterum Eras. Roterodami

Familiarium Colloquiorum formule et alia quedam per Eras. Ro.

De duplici copia Verborum ac rerum per Eras. Ro.

Querela pacis undique gentium profligate et eiecte. per Eras. Ro.

De eadem pace Her. Buschij

Defensio Jo. Pepericorni contra obscurorum virorum epistolas

Lamentationes obscurorum virorum orth. Gratij

Guolff. Cyclopij Carmina Cristiane Institutionis etc.

Textus doctrinalis Alex.

Eruditionis religiosi Conuentus Epistula. De purgatorio etc.

Script. lat. recent. in Quarto. ~~No~~

Kurtzer beſchluß der tzehen

gebott. Spricht Chriſtus ſelber.

¶ Was yhr wöllet/das euch die menſchen thun ſollen/daß-ſelb thut yhr yhn auch/das iſt das gantz geſetz vnd all prophe-ten. Matt. vij. Dan niemant will vndanck leyden vor ſeyn wolthat/oder ſeynen namen eym andern laſſen. Niemandt will hoffart gegen ym ertzeyget haben. Niemant will vngehorſam tzorn/vnkeuſcheyt ſeyns weybs/beraubung ſeyner gütter/liegen/kriegen/afftereden leyden/ſondern lieb vn̄ freundtſchafft/danck vnd hulff/warheyt vnd trew erfinden von ſeynem nehſten/das gebieten aber alles die tzehen gebott. A iij

~~2 N. 27~~

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM FORMVLAE,

ET ALIA QVAEDAM PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM.

Dialog. 711. a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497694-p0003-8

¶Beatus Rhenan⁹, Nicolao & Cratoni Stalbergerijs
Patritijs Francfordienſibus, Nicolai filijs.
S. D. P.

QVOTIES in mentem uenit feruentiſſimi ſtudij ve-
ſtri, quo non modo Latinas ſed & Gręcas lr̃as perdi-
ſcitis, cogitare ſoleo, quanam reveſtrꝫ adiuuem pro-
fectũ. Nam credite uera loquenti, non minus mihi curæ eſt, ut
politiorem eruditionem cum optimis, hoc eſt Chriſtianis co-
pulatam moribus conſequamini, quam uel clariſſimo uiro Ni-
colao Stalbergerio parenti ueſtro, uel Guilielmo Neſeno p̄ce-
ptori, quod ſperē uos bonis inſtitutos literis, & Chriſtianis im
butos opinionibus, olim publice cunctis & priuatim ſingulis
profuturos, cũvel in ſenatum allegemini, uel ſalutaribus alioq
cõſilijs rempublicam iuuabitis, aut cũ uobiſipſis & alijs melio
ra ſuadebitis. Proin Lãberti hollonij Leodieñ docti iuuenis ope
ra, familiarium colloquiorꝫ formulas nactus (quas Eraſm⁹ ab-
hinc annos .xx. aut ampli⁹, in Auguſtini Caminadi, ni fallor,
gratiam, qui Selandos quoſdam pueros docebat, per luſum cõ
ſcripſit dum Lutetię degeret) ſtatim excudendas typis apd' Fro
beniũ curaui, cum ut uobis inprimis gratificarer, tum vt ad ali
os quoqꝫ ſtudioſos hic theſaur⁹ perueniret, apud malignos q̃ſ-
dam hactenus non ſecus cuſtodit⁹, ac uellus illud aureũ a per-
uigili dracone, & ab ipſo Caminado ſemel atqꝫ iterꝫ magno ven
ditus. Libellus ipſe parentē Eraſmũ refert, ſtili candore, facilita
te & argutia. Prærerea nihil pœnitendũ, nihil triuiale continet,
ſed ex optimis dũtaxat autoribus decerptos elegantiarꝫ floſcu
los. Quanq̃ exemplũ ipſm multis locis deprauatum erat, quorꝫ
nõnulla correximus, quędã autori ipſi reſeruauimus, qui hunc
libellum plane perijſſe putauit. Bene Valete, cũ Guilielmo Ne-
ſeno præceptore ueſtro, uiro non minus integro quam erudi-
to, Baſileæ, x. Calendas Decembreis, M.D.XVIII.

Familiarium colloquiorum formulae Eras. 2.

COLLOQVIORVM FAMILIARIVM FORMVLAE.

¶Colloquuntur autē in hoc libello, Chriſtian⁹, Augu- guſtin⁹Poeta, Petrus puer, Eraſmus, Theodoricus, Midas, Hoſpites.

¶Salutandi Formula Prima.

¶CHRISTIANVS

	¶Præceptor.		Meum mel.
	amice.		Mea uoluptas unica.
	pater.		Meum corculum.
	mi More.		mea Bacchis.
	uir ornatiſſime.		multum mi Chriſtiane.
	ſodalis iucundiſſime.		etiam atq; etiam
Salue	cādidiſſime Simō	Salue	iterum atq; iterum.
	turpiſſime nebulo		æternum maxime Palla.
	ganeo leuiſſime.		Quantum uis
	meum delitium.		Plus millies Gerarde.
	mea uita.		Totus mi Ioannes.
	meum ſuauium.		Plurimum uxor.
	mea lux, Meum decus.		

¶Salus tibi. Salue regina formoſiſſima, cū catulis te matre dignis Vt me ſalutas, ita reſalutabere Vt me ſalutaris, ita reſalutaberis. Saluus ſis tu quoq; Nicolae.

¶Salutare eſt dare ſalutationē. Reſalutare, eſt ſalutationē reddere Obuios, quos adimus colloq̄ndi gratia, cœnantes, oſcitantes, ſingultientes, ſternutantes, tuſſientes, dormientes, bibentes, nos ſalutamus, nosq; tum illi reſalutant ¶In ructu crepituue ſalutare, hominis eſt plus ſatis urbani.

¶ABSENTIBVS HOC PACTO SALV
tem aut mandamus, aut precamur, Formula ſecunda.

Chriſtianum plurimum ſaluere iubeo.

Chriſtianum ſuum plurima ſalute impartit Eraſmus.

¶Arnoldum meum mea cauſa fac diligentiſſime ſalutes. Matri quam potes officioſiſſime ex me ſalutem dicito. Chriſtiano bn̄ eſſe cupio. Chriſtiano ut bene ſit, precor. Auguſtinus tu⁹ te plurimum ſaluere iuſſit. Gerardus me tibi ſuo nomine ſalutem dicere præcepit. Ab Eraſmo iuſſus ſum te magnopere ſalutare. Oēs tibi ſalutem cōprecantur. Salutat te Aegidius. Henricū meis verbis ſaluta diligenter. Iacobus multā ſalutē tibi adſcribi iuſſit. M. T. C. Tironi ſuo. S. D. P. Præceptorem meū fac meo noīe ſalutes. Salutabis ex me patrem tuū uirum integerrimum Adriano meo fac mea cauſa ſalutem nuncies diligentiſſ. Salutato hoīes, quotquot de me te rogabunt.

¶Annuentis For.

¶AVGVSTI. Faciam equidem, ac lubens. Curabo. Curabitur. Haud negligam. Habebo curæ. Haud prætermittā. Volens faciam. Nihil æque libens fecero. Curabo diligenter. Fiet. Curę erit. Ita faciam.

¶Alia ſalutandi For.

¶Licebit interim honoris gr̄a mutare ſalutādi formā, hoc modo.

Salua ſit tua.	Præſtantia.	Beatitudo.
	Paternitas.	Maieſtas.
	Sanctitas.	
	Clementia.	Tuus Candor.
	Reuerentia.	Excellentia.
	Dominatio.	Dexteritas.

¶Valetudinis.

Vt uales optime Auguſtine? Qui uales? Quo pacto tecum agitur? Vt te habes?

¶Reſponſoria.

Recte, bene ualeo, belle, perbelle, belliſſime, fœliciter, q̄ optime, pulchre, feſtiuiter.

Haud male quidem ualeo, Bene habeo.

¶Sin minus recte ualeas. ſic reſponde

Caue aūt dicas vulgato more (taliter qualiter) q̃ culinaria eſt elegā tia, haud oratoris. Sed ſic, Eqdem utcūq; ualeo, Mediocrit̃ qdem ualeo. Vt poſſum, quando ut uolumꝰ non licet, Vt ſoleo. Ita ut ſuperis uiſum eſt, Non optime ſane. Plane infeliciter. Nā admodum ex ſententia.

¶Alia de ualetudine rogandi formula.

AVG. At tu qua ualetudine es?

Verū tu Chriſtiane, qualis tua eſt ualetudo?

Qua ualetudine es prædicus?

¶Reſponſoria.

CH. Fauſta, incolumi ualetudine, felici, proſpera, bona, optima

¶Libens audio, For. (Optabilis eſt.

AVG. Lætus iſtud audio. Audire iſtud ex aīo gaudeo Vt idem facias ſemper, opto Eſt mihi iſtud auditu ꝑq; iucundū Voluptatem magnā mihi nuntias. Haud inuitꝰ audio, Oppido letor iſtđ audire ex te. ¶Oppido aduerbiū. i. ualde. Gaudeo tua cauſa, Lætor uice tua. Ita ut perpetuo facias precor, Vt ſic q̃diutiſſime ualeas oro. Gratia deo, Laus ſuperis, Gratiam habeo cœleſtibus.

Deo gratiæ,

¶Deo gratias, eccleſiaſticis relinquito pro cantilena.

¶Status & conditionis reꝝ, Formulæ.

CHR. Quo tandē in ſtatu res tuæ ſunt poſitæ? Quo pacto res tibi habent? Recte ne ſunt oīa? Satis ne oīa ex ſententia? Salua ne ſunt omnia? Sunt ne ut uis oīa? An ex uoto ſunt omnia?

¶Reſponſoria.

AVG. In optimo ſtatu. In tolerabili. In feliciſſimo, mediocri. Oīa ſalua uelim quidē. Recta quidē uellē omnia, oīa proſpera, at minime ſunt..

CH. Bene eſt. Recte. Optime. Bene factū. Perplacet. Eſt uolupe. Gaudeo. Qui fit, ut minus ſalua ſint omnia? ¶Caue dicas bonū eſt, pulchꝛ eſt, eſt rectū, in hoc dūtaxat ſenſu,

AV. Sic dijs uiſum eſt.

¶Operis, For.

Quid agit? Quid re℞ agis? quid operis facis? Quid negocij geris? Quid agit re℞? Quid agis? Quid fit?

¶Reſponſoria. nihil ago, For.

CH. Equidem ocium ago. Nil quidē agitur, Nihil re℞ ago, nihil ſane fit apud me. Id quod uides, nempe nihil.

¶Impedio te, For.

AV. Sum fortaſſe tibi impedimēto. Ego te fortaſſe quippiā agentem interturbo. Ego fortaſſis te aliquid conantē obturbo Forſitā negocia tua interrumpo. Remoror fortaſſe rem tuā, negociū

¶Reſponſoria.

CH. Imo in tempore aduenis. Opportune ades. Expectat⁹ aduenis. Nā uoluptati eſt mihi tu⁹ aduentus, haud impedimento

¶Studes continue For.

AV. Tu perpetuo ſtudes. Studes & noctes & dies. Aſſidu⁹ in ſtudio es. Nullum facis ſtudendi modū. Immodico ſtudio te maceras. Nullā ſtudijs tuis quietem intermittis. Nunq̄ ſtudendi laborem intermittis. Nihil tibi parcis. Continue ſtudes.

¶Irrides me. For.

CN. Nunc tu plane rides me. Derides me. Ludis nͣc nūc me Habes me riſui. Iocaris mecū. Me in deriſum habes. Ludibrio ſum tibi. Illudis mihi, & illudis me, pro fallis me.

¶Rem ipſam dico. For.

AV. Minime rideo, ſed id qđ res ē dico. Nō rideo quidē, imo rē ipſam dico. Serio loq̄r. Ex aīo dico Ex animi ſentētia loq̄r. Haud, ita me deus amet, iocor.

Cur nō uiſitas nos. For.

CH. Quid cauſę eſt, qđ iā pridē nos non uiſeris? Quid accidit. qđ iādiu ad nos nō acceſſeris? Quid ſibi uult, qđ poſt tm̄ die℞ nos nō inuiſeris? Cur tā rarenter nos uiſis?

Non licuit For.

AV. Non licuit per occupationes, Nō licuit per ociū. Volui q̄

dē, at non licuit mihi per mea negocia, Non ſinunt mea negotia ꝗ te aliqñ uiſam, Ita ſum occupatus, ut nunq̃ fuerim occupatior Tot me res diſtinent, ut nihil fuerit ocij Occupatior fui, quã ut potuerim Negocijs multis impeditus uenire non potui. Non licuit per ualetudinem. Non licuit per tempeſtatem.
CH. Accipio excuſationē, at ea lege, ne ſæpe utaris Excuſationē tuã recipio. Occupationes tuæ, excuſationis locum habent.
¶Habeo te excuſatũ, & ſi grammatice ac latine dicit̃, tamē oratio eſt uulgaris & propemodum culinaria.

¶Ago gr̃as quod literas ad me dederis. For,

AV. Gratũ mihi feciſti, ꝙ aliq̃ties ad me ſcripſeris. Habeo gratiã quod ad me crebrius ſcripſiſti. Amo te, quod interdũ ad me literas dare non dedignatus es Habeo gr̃as, quod crebris literis me uiſitaſti. Ago tibi gratias, qui literaꝝ faſciculis nos oneraſti. Maxima tibi a me habet̃ gr̃a, qui nos aliqñ lr̃is laceſſiuiſti.

¶Noua rogandi. For.

¶Chri. Nihil ne nouaꝝ reꝝ e patria affertur? Nunqd noui de noſtratibus accepiſti? Quid noui? Quæ noua fers? Num quid noui fertur? Num quæ res nouæ e patria nunciantur?

¶Reſponſoria.

AV. Noui quidē permultũ, at nihil ueri. Nouaꝝ quidem reꝝ ſatis, at nihil comperti. Noua permulta, at explorati nihil. Nõ parum noui, at ueri non multũ. Nihil affertur noui. Nouaꝝ reꝝ nihil penitus accepi. Comperti nihil, noui quidpiã. Rumores afferuntur permulti, ſed dubij. Plurima eſt phama, at reꝝ nihil, firmi nihil.

¶An accepiſti literas. For.

¶Chriſt. Nihil ne literaꝝ accepiſti? An ullas e patria recepiſti literas? Nullæ tibi ſunt redditę literę? Num quid ſcriptoꝝ accepiſti? Num quas accepiſti epiſtolas?

¶Reſponſoria.

AVG. Literaꝝ nihil accepi, Equidẽ pecunias ꝙ literas malim Ar
gentũ accipere mali ꝙ̃ epl'as. Pecuniã recipere malim ꝙ epiſtolia.

¶Credo. For.

CHR. Facile credo. Haud difficile creditu eſt. Credi iſtud perfaci
le poteſt. Iſtđ tibi quis non credat? Admodũ incredulus fuerit, ꝗ
hoc tibi non credat. At utꝛ͡ꝗ malim ꝙ̃ neutꝛ͡.

¶Ad quid literę uacuę, For.

AVG. Quorſum ſpectãt literæ ſine pecunia? Ad quid tandẽ ina
nes conducunt literę? Quorſum ualent? ad quid cõferunt, faciũt,
literæ uacuæ? Cui gratæ, cui acceptæ literæ ſine nummis? Quid
emolimenti adferunt literæ inanes? ¶Reſpon. utilitatis For,

CH. Podici tergendo utiles, idoneæ. Conducunt natibus tergen
dis. Si uſum neſcis eaꝝ, ad anum expurgandã ualent Ad nates ex
tergendas. Ad poſticum purgandũ. Ad clunes mundandos.

¶Vt ualent amici.

AV. Quid? ualent ne amiculi? Quid uxor agit tua? ¶Reſpon.

¶Criſt. Recte, eam apud matrem reliqui, & quidẽ prægnantem.

¶Bene eſſe illi precor, For.

AV. Bene & tibi & illi uertat, tibi quod pater, illi quod mať futu
ra ſit. Aſſit deus, Vt utri͡ꝗ vr̃m fauſtum felixꝗ ſit, precor, opto,
Quæſo, oro ſuperos oẽs, ut incolumis prolem uobis dignam pa
riat, & pulchra faciat te prole parentem Laudo te, quod uirum te
præſtiteris. Laudo te, viꝝ pręſtitiſſe. Gallum te eſſe declaraſti, abſ
uiꝝ te iudico. Reſpon.

¶Ch Auguſtine, facis tuo more, Age age, eſt tibi ius apud me lo
quendi quæ uoles. Audio te patriã nuper reuiſiſſe.

AV. Sic eſt fcm̃ Nã diutiuſcule iã abfuerã, nõ ferebã tã diuturnũ
patriæ deſideriũ Nõ poterã a parentũ aſpectu abeſſe diuti⁹. Tor
quebat me diutinũ amicoꝝ deſideriũ.

Chriſt. Pie feciſti, Pius es qui iſta cogitas. Ducimur eĩ oẽs admi
rabili quodã amore ei⁹ regionis ꝙ nos aluit atꝗ edidit. Et neſcio
qua natale ſolũ dulcedine cunctos attrahit, & immemores nõ ſi
nit eſſe ſui. Dic quęſo, quonã in loco illic offendiſti omnia?

Fabularia colloquia Eras.

5.

¶Noua omnia. For.

¶Augu. Nihil nō nouum. Mutata omnia. Nouata oīa. Oīa noua. Vide quam repente tēpus res mutet humanaſ. Vix dū decenniū abfuerā, & non ſecus oīa admirabar, quam Epimenides ſomniatorum princeps ſua ſomnia.

CH. Miſſas fac has nugas. Quænam iſta eſt fabula?

AVGV. Dicam equidem ſi uacat.

CHRI. Nihil fuerit iucundius. Augu. Sellam igit᷑ vna cū puluino mihi poni iube.

CH. Recte admones, nā ſedens commodius mentieris.

AVG. Fabulant᷑ hiſtorici de Epimenide q̄dam Cretēſi, q deambulandi grā ſolus urbe egreſſus, quū in quadam ſpelunca obdormiſſet, q̄draginta ſeptē perpetuos annos ſoporē cōtinuaſſe dicit᷑. Epimenides

¶Non credo. For.

CH. Quid narras? Incredibile dictu. Non uerisimile dicis, A ueritate aberras. Veritatis limites excedis. Nō fit mihi ſimile uero. Quid tandem theologū tot annos ſomniaſſe reris? theologi

¶Reſponſoria.

AVG. Si bn̄ cum Epimenide actū eſt, qui uel tandē ad ſe rediјt, multi Parrhyſijs Theologi non unq̄ expergiſcuntur, cum quibus male agitur.

¶Chriſti. Age, facis ut poeta dignum eſt. Sed perge mentiri

AVG. Epimenides igitur ſomno ſolutus e ſpelunca prodit, circūſpicit, uidet oīa, ſyluas, ripas, flumina, arbores, agros, breuiter nihil nō nouum, Accedit ad urbē, percontatur, manet illic aliquādiu, neq; nouit quēquam, neq; a quopiā agnitus eſt. Nec miror hoc Epimenidi poſt tantum annoꝝ eueniſſe, quando mihi poſt pauculos annos idē propemodū euenerit.

CHR. Quid uterq; parens, uiuunt ne?

AVG. Viuunt ambo, & ualent utcūq;, ſenio, morbo, curis, denique belloꝝ calamitate confecti.

CHR. Cœnabis domi ad ueſperum?

AVG. Foris cœnaturus ſum, foris cœnare debeo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497694-p0011-2

CHRI. Apud quem? ¶ AVG. Apud ſocer: meum, apud͛ gener: meũ, apud nur: meã, apud affinem meum.

¶ Affines dicunt qui nõ ſanguinis, ſed matrimonij coniunctione copulalati ſunt.

CH, Quæ ſunt igitur uſitata uocabula affinitatum?

¶ Nomina affinitatum.

AVG. Maritus & uxor nota ſunt.

Socer	uxoris meæ pater eſt mihi
Gener	filiæ meæ maritus
Socrus	uxoris meæ mater
Nurus	filij mei uxor
Leuir	mariti tui frater
Fratria	fratris mei uxor
Glos	mariti ſoror
Vitricus	matris meæ maritus
Nouerca	patris mei uxor
Priuignus	uxoris aut mariti filius
Priuigna	filia alterutrius
Riualis	qui amat eandem
Pellex	quæ amat eundem

¶ Cras prandeas. For.

CH. Ago grãs. Laudo te. Cras igit̃ te ad cœnã uoco. Cras ergo ut mecum cœnes oro. Cras igitur mecum prandeas, oro. Cras igit̃ te mihi conuiuam uolo. ¶ Timeo ne nõ poſſim, For.

AV. At uereor ne non mihi licuerit. Vt poſſim metuo. Venis ſi quidẽ licebit. At metuo ne nequeã. Quare, For.

CH. Cur nõ licebit? Quid ſic? Quid ita? Quã ob rẽ? Quo pacto? Quid cauſę? Quid obſtat quo min⁹ poteris? Onerare ita?

¶ Domi me eſſe oportet, For.

AVG. Tum quidem mihi domi manendũ eſt. Vt domi noctis ſim, neceſſe eſt. Tum certe foris eſſe non licebit.

Cras quoq; mihi ire foras, liber: non erit.

Facilia colloqa Erasi. 6.

A prandio abeſſe mihi integrum non erit.
Aliquot ipſe conuiuas eo die opperior.
Aliquot amiculi conſtituere ea nocte domi noſtræ cœnare. Ipſi mihi cōuiuæ ſunt ea nocte tractandi, alioqui lubens uenirem. Ni id eſſet, haud grauatim facerem. Quod niſi eſſet, foret, haud me tibi difficilem præberem.
CHR. Vel perendie apud me ſis oportet. Saltē perendino die ad cœnā uenias neceſſe eſt.

¶Non poſſum promittere. For.

AVG. Non poſſum polliceri Affirmare iſtuc tibi non poſſum. Promittere certo nequeo. Veniam ubi utriq; noſtrum uidebitur commodiſſimum.

¶Diem dicere debes. For.

CH Diem igitur mihi conſtituas uolo, ad quē mecum ſis cœnaturus, Diem igitur dicas oportet, neceſſum eſt. Diem igitur promittas neceſſe eſt.

Nolo te præſcire, For.

AVG. Præſcium te eſſe nolim. Præſcire te nolo. De improuiſo te opprimā. Inopinato te opprimā. Te nec opinantē oppreſſero. Te nihil ſuſpicantē oppreſſurus ſum. Non expectatus adfuero. Adoriar te nec opinantem.

¶Præſcire uolo. For.

CH. Biduum præſcire uolo. Biduum præſcius eſſe cupio. Biduū ante ſcire uolo. Fac me biduo ante certiorem.

¶Tuo malo optas hoc, For.

AV. Equidem tuo detrimento Tuopte quidē malo. In damnum tuū, iſtud optas. Incommodo multo precaris tuo.
CH. Quid ita? Quambrem?
AVG. Ego inſtructus accedā. Ego munitus veniā. Aggrediar te paratus, Inſtructus multa fame accedam, Tu uide vulturem quē

explcuerls. Parabo uentrem, ac dentes exacuā, tu uide quib⁹ modis lupū exatures, paſcas CH. Age ad hoc certamen te prouoco. Age fac pro uiribus, pro uirili, ſi quid potes maxime.

¶Ea lege promitto, For.

¶AVG. Veniam quidem, at ea lege ut tu poſtridie uiciſſim apd me cœnes Faciam eo quidē pacto, ut tu deinde mihi quoq; ſis cōuiua. Ea lege cœnam condico, ut tu rurſum mihi ſis cōuiua. Spōdeo futuꝝ. Recipio tibi factuꝝ me. Do fidem futuꝝ his quidem legibus, ut tu mecū poſtridie prandeas.

CH. Age fiat. Eſto. Sit ita ut uis. Si iubes, faciam. Noui Galloꝝ magnificentiā, non uis ea grā apud me cœnare, niſi uices retuleris. Cæteꝝ ego te detineo alio fortaſſe ituꝝ.

AVG. Imo ego te opinor. Sed cras latius & familiarius cōfabulabimur. Veꝝ craſtino die plura nugabimur. Interim fac ualeas. Interim fac bene valeas. ¶Quo is, For.

CHRI. Quo tu nunc abis? Quo tu nunc properas? Quo tu tam celeri gradu tendis? Quo nam pergis? Eo domū For.

AVG. Domum me recipio. Domum reuertor. Domū repeto. Domū me confero. Viſo quid domi agatur. Accerſo medicum. Rus hinc concedo. Conſtitui ad hanc horā cum uiro quodā grauiſſimo colloqui Statui hac hora ꝟba facere cum uiro grauiſſ.

CHR. Quonam?

AVG. Curione multiloquo.

CH. Quanam iturus es? Qua ibis?

AVG. Hac ad ſiniſtram, hac, illac, per forum.

CHR. Comitabor igitur te. Sociabo te uſq; ad diuerticulum.

AVG. Hic te ſuperis commendo. Nolo te longius comitem Vlterius nolo me comiteris.

¶Commendandi. For.

CHR. Tu me Curioni magnopere cōmendato. Fac me Curioni multiloquo q̄ cōmendatiſſ. habeas. Me Curioni cōmendatum q̄diligentiſſ. curato. Iube homo ut me ſibi cōmendatiſſ. habeat. Ego me illi per te cōmendatum facio. Me tibi etiam atq; etiam

cōmendo. Me tuę humanitati ꝙ poſſum diligentiſſime cōmendo ¶Recommendo aulicis pro urbanitate ruſtica relinquito Vide ne pauca cum multiloquo loquaris. ¶Obſequiū, For.

multiloquy
Recommendo

AVG. Vis me tibi morē gerere? Vis me tibi obſequi? Placet me tibi obſecundatum? Te igitur imitari me iubes? Quandoquidem ita uis, faciā libentiſſime. ¶Sed priusquā abeas, quæſo te, ne graueris mihi dicere, ꝙ pacto eſt his, in culpa, in mora, in cauſa, utendum? Legiſti opinor autores quibꝰ modis ſoliti ſunt his uti.

CHR. Quin tu potiꝰ id aperi, qui ſoleas elegantiæ ſtudioſiſſimꝰ eſſe. Quare age doce obſecro. Diſſere amabo.

¶In Culpa, in Cauſa, in Mora.

AVG. Mos gerendus eſt tibi, Non eſt culpa in me. non eſt culpa in te, Mora eſt in te, in cauſa tu es, latine quidē ac grammatice dicitur, at multo elegantius. ¶In Culpa

¶Non ſum in culpa. Culpa non eſt mea. uaco culpa. Quod nihil proficis, tua deſidia in cauſa fuit, non præceptor, non pater tuus. In culpa oēs eſtis. Vterqꝫ in culpa eſtis Ambo accuſandi eſtis Ambo in culpa eſtis. Incidiſti in morbū tua ipius culpa.

¶In Cauſa.

¶Quo minus ad te ſcripſerim, morbus in cauſa fuit. Quod rariꝰ ad te ſcripſerim, mea negocia in cauſa fuerunt, non negligentia: Quid in cauſa fuit? Quid cauſæ fuit? Ego non ſum in cauſa. Qꝺ nullas a me literas acceperis, tabellarius in cauſa fuit. Quod tam macilentus es, amor, nō ſtudium in cauſa fuit. Hoc eſt in cauſa

¶In Mora.

Non ero uobis in mora Quidnam uobis in mora fuit? Tu nobis in mora fuiſti. Tu ſemper in mora es Quid te remoratū eſt? Quis te remoratus eſt. Habes quod petebas, tuum eſt memoriæ inſculpere. Vale mi Chriſtiane.

CH. Vale in craſtinū & tu mi Auguſtine. Salue multū iucundiſſime Auguſtine. ¶AVG. Salue tantundem mi humaniſſime Chriſtiane. Bonū ſit tibi huiꝰ diei primordiū. Bona ueſpera. Salubris ſit tibi hæc dies. quid tandem agitur?

CH. Suauiter, ut nunc res noſtræ ſunt. Omnia quæ uis.

AV. Merito te amo. Amo te. Amandus es, Benigne dicis. Habeo gratiam. ¶Iraſcor tibi. For.

CH. At ego nõ nihil tibi ſuccenſeo. At ego tibi ſubiraſcor. Verũ ego tibi ſum ſubirat⁹. Atqui ego ſum in te ſtomachoſior. Atqui non nihil eſt, uel habeo, quod tibi ſuccenſeam.

¶Qua cauſa. For.

AVG. Quidnã eſt iſtud obſecro? Quid ita? Quam ob rem tandẽ oro? Quid admiſi ſceleris? Quid cõmerui?

¶Demereor bona, aut laudem, commereor mala aut crucem dicitur, illud in bonã, hoc in malã partẽ ſumitur.

Demereor
commereor

¶Quia non curas me, For.

CH. Quod nulla mei tibi cura ſit. Quod nihil nos reſpicis. Qđ tam raro nos reuiſas. Qđ nihil nos cures. Quod me plane negligis. Quod noſtri curam uideris abieciſſe. ¶Reſpon.

AVG. At nihil eſt cauſæ cur ſuccenſeas. At præter meritũ meũ. At immerito ſuccenſes Neq; eñ mea culpa accidit, quod te rari⁹ uiſam. Dabis ueniã occupationib⁹ meis, per quas mihi non licet toties, quoties cupio, te reuiſere.

CH. Ita demũ tibi ignoſcã, ſi hodie apud me cœnes. Ea cõditione purgatus mihi eris, ſi ueſperi ad cœnam uenias.

AVG. Haud iniquas pacis leges præſcribis Chriſtiane, q̃re haud inuitus faciam. Eqdem faciã uolens. Iſtud quidẽ fecero perlibenter Nihil hac re fecero libentius. Animo faciam lubenti

CH. Laudo tuã facilitatem, & in hac re & in cæteris om̃ibus

AV. Sic ſoleo amicis obſequi, præſertim non iniqua petentib⁹. Ridiculum, an tu me recuſaturũ putabis oblatum, quod ultro etiã erat rogandum? ¶Ne fefelleris me, For.

CH. Age, at caue ne me deluſeris. Caue me fallas Caue ſpem fruſtra foueam. Caue opinionem luſeris.

AV. In cæteris nihil iuro. In cæteris time, hac in re non fallã. Sed heus tu, caue quicquã paraueris præter cotidiana, mea cauſa dies feſtos nolo. Scis me conuiuam minime edacem, bibacem multo

Familiaria colloqa Eras.

minus. Noſti em̃ me conuiuã non multi cibi, ſed ioci plurimi.

CHRI. Curabitur diligenter. Ego te Pythagorica cœna excipiã, aut fortaſſe frugaliore.

AV. Imo Diogenica, ſi me delectare uoles.

CH. Placet, fiat vt mones Tu uide oẽs curas tuas, ac rugas etiam iſtas domi relinquas Huc præter nugas, & riſum nihil adferas. Et ut inquit Iuuenalis. Protinus ante meum quicqd dolet exue limẽ

AV. Quid? lr̃as mecũ uenire non uis? Muſas meas mecũ adducam, niſi quid aliter cenſes.

CH. Tetricas muſas una cum negotijs domi claudas. Blãdas Camœnas omnes, deinde ſales tuos, dicteria, ſcommata, facetias, lepores, ridicula omnia tecum adducito.

AV. Ita fiet, Exporrigemus frontem. Epicuræ uiuemus. Curabimus cutem. Indulgebimus genio, Genialiter cœnabim⁹. Epicureos agemus.

¶Bonum uultum faciemus, aut uultum exhilarabim⁹, latine quidem, ſed minus ſignificanter dicitur,

¶Chriſt. Quo nunc properas?

AVG. Ad generum meum.

Chriſt. Quid illuc? quid eo? quid illo?

AVG. Audio neſcio quid turbæ inter eos natum, ut redigã eos in grãm, concordiã, pacem inter eos componam.

Chriſt. Benigne facis, quanq̃ nihil te opus eſſe arbitror. Nam ipſi inter ſe melius hoc bellum compoſuerint.

AV. Fortaſſe & induciæ indictæ ſunt. Noctu de pacis legibus agetur. Sed nunquid aliud me uis?

¶Chriſt. Vocabo te per puerum meum.

AVG. Vbi uoles, domi ero. Bene uale, bene ſit tibi.

Chriſt. Fac hic ad quintam horam adſis, Heus Petre, accerſe ad cœnam Auguſtinum Barettum, qui mihi hodie, ut ſcis, cœnam condixit.

PVER PETRVS. Eo. Salue poeta. Cœna iam dudum parata eſt, te herus expectat domi, ubi uoles, accedas.

vultu

quinquã desrdr

AVG. Venio, Salue mi Chriſtiane?

CH. Bene factum quod uenisti, Gaudeo te aduenisse, gratulor aduentui tuo. Nondū quintam ſonuit credo

PVER. Imo iamdudū præterita eſt. Haud lōge a ſexta abeſt. Inſtat hora ſexta. Circiter eſt ſextam.

AVG. Parui refert, an poſtquintā uenerim nec ne, modo ne poſt cœnam Nam poſt feſtum uenire miſerꝛ eſt. At quorſum tot apparatus? Quorſum tot epulæ? Num me lupū exiſtimas? Num tibi lupus uideor? Num me uulturem putas? Haud ita conueneras. Longe aliter pollicitus es.

CH. Age inepte, nec ipſe ita cōueneras. Conueneras em̄, ne quid ꝑter nugas inferres. Quin hæc miſſa faciamus. Lauemus ac diſcūbam⁹, Heus tu ganeo miniſtra aquā/quid ceſſas? Laua Auguſtiē

AVG. Laua prior.

CH. Hoc anno perpetuo illotus cœnare mallem.

AV. Ridiculū, nō honoratiori, ſed turpiori an̄ alios lauandū eſt, laua igiť ut immundior. ¶CH. Tu es vrbanus plus ſatis. Es urbanior q̄ ſat ſit. q̄ par ſit. Quorſum attinet iſta urbanitas? Interim cœna corrumpitur.

AVG. Viuamus nunc, ac cutem laute curemus. Simus nūc Epicurei. Nihil nobis cum fronte Stoica. Valeant curæ

CH. Quinam ſunt iſti Stoici atqꝫ Epicurei Auguſtine?

¶Stoici & Epicurei qui

AV. Stoici philoſophoꝝ quoddā genus eſt triſte, ſeueꝝ, ieiunū qui hoīs ſummū bonū honeſto neſcio quo, metiunť Epicurei hi longe diuerſi felicitatem hominis uoluptate terminant

CH. Tu igiť cuias es tandē, Stoicus an Epicureus?

AVG. Stoicos laudo. at Epicurum uiuo.

¶Conſectatio cœnæ.

CH. Heus Dromo, ades huc. Tuo munere fungere, cōſecra cœnā

PVER. Benedicite. HOSPITES. Dominus.

PVER. Omne quod appoſitū eſt, & apponetur, per verbū dei ſanctificetur, In noīe patris & filij & ſpirituſſancti. Amen.

Bū̄dert

faciliora colloquia Eras.

CHRI. Appone epulas. Quid cunctamur hunc capũ decerpere? quid trepidamus hunc gallum lacerare?

AVG. Ego herculem præſtabo, ac belluam hanc conficiã. Vtrũ mauis de ala an de poplitibus?

CH. Vtrumuis, nihil mea refert.

AV. In hoc genere alis primæ partes tribuuntur, in cæteris poplites lautiores putat uulgus

CH. Tu multum laboris mea cauſa capis. Tu permultum laborem mea cauſa ſumis.

¶Pro me, aut propter me multũ laboris capis, ruſticior eſt oratõ. Quid ſi ego uiciſſim tibi de his clunibus miniſtrem?

AVG. Non amo. ¶CH. At nihil lautius.

AV. Tu igitͣ tuos clunes iſtis clunibꝰ paſce. Tibi igitͣ iſtas delitias habe

CH. Tu omĩbꝰ miniſtras, ipſe nihil mãducas. Ego tibi hanc alã miniſtrabo, at ea lege, ut dimidiũ mihi reſtituas

AVG. Ita ne agitur? At iſtud eſt tibi miniſtrare, non mihi. Tibi ſerua. Ego em̃ ſum impudentior, q̃ cui miniſtrari quicq̃ debeat.

CHRI. Probe facis.

AVG. Eho, tu lupo cibum miniſtras. Vulturem inuitas.

CH. At pitiſſas, non cœnas,

AVG. Imo me vno nihil edacius

CH. Imo mendacius nihil, Perinde agito ac ſi domi ſis tuæ

AV. Iſtud iam plane mihi perſuaſi. Iſtud iam in animũ induxi. Sic ſtat ſententia. Conſilium mihi eſt iſtud facere

¶Hoc iam propoſui facere, uulgi ſermo eſt.

¶Chriſt Quid tibi hoc vinũ? placet? Qui te hoc uini delectat?

AV. Mihi quidem perplacet, Me certe uehementer iuuat.

¶Chriſt. Vtrum mauis, rubrum an candidum?

¶Parui refert quo ſit colore.

AV. Equidem utroq; iuxta delector Nihil refert q̃ ſit colore, mõ ſapor placeat. Non laboro quantũ oculis placeat uinũ, mõ palatum iuuet. Nihil me mouet aſpectꝰ, ſi ſapor placeat. Parui refert q̃ ſit colore, quẽ habeat colorẽ, ſi ſapiat bene, Non conor oculos

paſcere,ſi palato ſatiſfacere queat,mō palatum iuuare poſſit.
¶Chriſt.Credo,tamen iudicium tuū audire cupio,homīs in his
rebus peritiſſimi.

¶Iudicium de vino Rubro & albo

AVG.Album noſtrates rubro præferunt,qđ albū paulo ſit acer
bius,& alterum exilius quidem,ſed illud mitius & (ut arbitror)
ſalubrius.
¶Chriſt.Heus puer,ubi ceſſas? Nos hic plane negligis,nō uides
quanta ſit hic ſiccitas? Quid ſi hoc rerꝫ ſtatu incendium continge
ret,quo reſtingueremus? Dato ſingulis plenos cyathos Auguſtīe
quid habes,quod parꝫ es hilaris? Quid accidit tibi,qđ ſedes triſti
or? Quid tibi eſt,quod minime gaudes? Aut doles aut carmina
AVG. Tu nunc Chryſippum agis,Meliſſa tibi (condis.
opus eſt.
Chriſt,Quam hic mihi fabulam narrat?
AV.Scio me ſurdo aſello narrare fabulam. Nihil em̄ intelligis,
q̄d ſtudio,ex induſtria,de īduſtria interdū facio,ne tibi placere in
cipias. Sed q̄d triſtior tibi uideor,nihil eſt Oīa recte,benignitate
diuina,atqꝫ opera tua. Sed cur natura paulo taciturnior ſim,non
eſt opus expreſſo,Scis,opinor,quid ſibi uelit.
¶Chriſt.Memini,Recte admones,liberalius bibendum.

¶Rem attigiſti For.

AV.Rem acu tetigiſti.Recte iudicas. Scopum attigiſti.Nam fœ
cundi calices quem nō fecere diſertum?
¶Chriſt. Perdocte tu quidē Auguſtine,ut omnia. Sed qm̄ in ſer
monē uinariū,in mentionē incidimus uinorꝫ,libet interrogare,
quonā conſilio ueteres illi Bacchum, quem uini autorem uideri
uolebant,poetarꝫ deum dixerunt.
AVG.Quæſtio(ita me Bacchus amet)poculis digna,uerꝫ quor
ſum tuæ quæſtiones ſpectent, ſatis intelligo.
¶Chriſt.Quorſum amabo?
AV.Hoc ſilentiū iam tibi conſtabit Aſtute de uino diſputationē
iniÿcis Gallica aſtutia, quā didiciſſe Parrhiſÿs te ſuſpicor. Quam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497694-p0020-2

ſutilurcia colloqu Erasſ. 10.

(uide)conficiamus. Abi. uiꝝ te iudico, nō fruſtra in tanta ſchola
CHriſt. Accipio tua dicta, referā paria ſcommata, (Vſatus es
ubi erit cōmodum, Sed ad rem.

AV. Diſſoluam ubi bibero. Siquidē abſurdū fuerit ſicco palato
de quæſtione uinoſa diſputare. Prębibo tibi Chriſtiane, Propino
tibi hunc cyphum dimidiatum.

¶Chriſt. Accipio a te libenter. Sit ſaluti. Proſit.

AV. Iam accingor, ut me miſſum facias Ego meo more præpo
ſtere faciā. Qđ Baccho pueritiæ effigiē tribuerint, id habet myſte
rij, qđ uinū potū, curas & ſolicitudies animis nr̄is eximit, hilari
tatēq; quandā inducit. Quare ſenibus quoq; ipis iuuentā quandā
reddere uidet, dū & hilariores facit & formoſiores. Id qđ Horati⁹
cū multis in locis, tum p̄cipue his uerſibus, aperte teſtat.

Ad mare cū ueni, generoſum & lene regro, Quod curas abigat
qđ cū ſpe diuite manet In uenas aīmq; meū, q̇d uerba miniſtret.
Quod me Lucanę iuuenē cōmendet amicæ. Nā qđ huic poetas
dicarunt deo, id ſignificatū uoluiſſe ſuſpicor, qđ uinū & ingeniū
excitat, & facundiā miniſtrat, quæ duo poetæ ſunt aptiſſima. Ha
bes quod quærebas.

¶Chriſt. Nihil unq; audiui uериſimili⁹ dici ab hoīe poeta, dignus
es qui bibas, gemīa hauſtū, Heus puer, tolle hāc patinā, atq; appo
AV. Puerꝝ habes admodū inurbanū (ne cætera.
CH. Eſt ueterator neqſſim⁹. AV. Cur nō inſtituis alio pacto?
Chriſt. Difficile eſt carnem uetulū loris aſſueſcere. Difficillimū ē,
ueteratores mutare mores Colla canū ueterꝝ nequnt attigere lora

¶Si cognoſcerem quid te oblectet, tibi ſeruirē. Formula

AV. Decerperem tibi quippiā, ſi palatū tuum tenerem. Miniſtra
rem tibi, ſi gula tua mihi ſatis cognita eſſet. Apponerē tibi, ſi qđ
potiſſimum iuuaret ſcirem, Equidem tantundem palato ſæpe, q̄n
tum animo ſapio.

CH. Palatum habes eruditiſſimū. Nihil tuo palato docti⁹, eo te
quoq; miſeriorē puto, De cui⁹ ſingulari peritia teſtat. Satyricus.

Oſtrea callebant primo deprendere morſu,
Et ſemel aſpecti dicebant littus echini.

AVG. Et tu mihi Chriſtiane, ut par pari referam, ipm audiuiſſe Epicuꝝ, aut in ſchola Catiana inſtitutus uideris. Quid em̄ tua gula aut ſapientius, aut faſtidioſius?

Ars Oratoria. Culinaria

¶ Chriſt. Si oratoriā æque artem, ut Culinariā callerem, nō Cicero ipſe me uinceret. Equidem ſi alterutra carendum eſſet, Culinariam quam Rhetoricam mallem.

AVG. Non ſtolide eam partē ſelegiſti, grauiter, acute, uereq; iudicas. Quid em̄ Oratoꝝ confert loquacitas, niſi quod aures otioſas inani uoluptate demulcet? Culinaria tum palatū, tū uentrem tum totum hoiem, quantus eſt, paſcit, ac reficit. Quid igit̄ ſileā? concedat laurea linguæ, inquit Cicero, at utraq; concedat Culinę.

Stoici

Nunq̄ mihi Stoici illi magnopere placuerunt, qui oīa ad ſuum neſcio quod honeſtū referētes, cutis ac palati nullā rōnem habendam putant. Dici non p̄t, quanto Diogene ſapientior Ariſtippus mihi fuiſſe uidet̄. Ego Stoicos cū ſuis ieiuniis contemno. Epicuꝝ magis laudo ac probo, quā Diogenē illum Cynicum, qui olerib⁹ incoctis, ac ſimplici aqua uictitabat. Quare nihil miror, ſi Alexāder rex fortunatiſſimus ſe Alexandꝝ quā Diogenem eſſe maluit.

Epicurus Diogenes

Nec quidē ego homuncio cum Diogene meā philoſophiā cōmutarem, fortaſſis & Catius tuus facere recuſaret. Meli⁹ noſtri temporis Theologi ſentiunt, qui contenti Stoicoꝝ more diſputare, uiuendo ipm etiā Epicuꝝ uincunt. At ego quidem rem in primis p̄claram philoſophiā puto. Nimium philoſophari nō laudo. Eſt em̄ res perquā ieiuna, ſterilis atq; triſtis. Vbi in calamitatem aut egritudinē incidi, tum demū ad philoſophiā, tanq̄ medicā cōfugio. Vbi conualeo, rurſum illi ualere facio.

Theologi nři

¶ Chriſt. Tuā rōnem probo. Te laudo. Quid tandem habes Eraſme, quod parꝝ ſis hilaris? An mihi ſuccenſes, quod te frugaliore cœna exceperim?

ERASMVS. Imo iam tibi ſum iratus, quod tm̄ impendiī mea cauſa ſit factum. Interminat⁹ erat Auguſtin⁹, ne ſua cauſa dies fe-

Erasmus

ſetiuaria rolloqua Eras.

ctos faceres, uis nos poſthac redire nunꝗ̄. Nam talem cœnã dare ſolent ij, qui unam dũtaxat dare conſtituiſſent. Quos tandem cõuiuas uideris accepiſſe? Non amiculis, ſed ſatrapis cœnam paraſſe uideris. An nos uultures credis?

CH. Etiã tu pergis eſſe Demea. Cras ut lubet diſputa, hodie Mitionẽ te prebeas, oro. De impendio cras ſobrij diſputabim⁹, nũc nil niſi meras nugas audire libet.

AV. Chriſtiane, utrũ de bubulis an de ouillis carnib⁹ mauis?

Carnis

CH. Bubulis quidem magis delector, at ouillas magis ſalutares arbitror. Ita ingeniũ eſt hominũ, ut pernicioſiſſima quæq; appetant uehementiſſime.

AVG. Galli ſuillas carnes mirũ in modum amant.

Galli

CH. . Galli amant quæ paruo conſtant.

AV. In hoc uno Iudæus ſum. Nã nihil æꝗ̄ odi atq; carnes ſuillas Chriſt. Nec iniuria. Quid eñ inſalubrius? Ego in hoc, non cum Gallis, ſed cum Iudæis ſentio.

ERAS. At ego ouillas pariter amo, & ſuillas, ſed diuerſa rõne: Nã ouillis, quod amem, libenter ueſcor. Suillas præ amore non tango, ne quid offendam.

CH. Bellus homo es Eaſme ac feſtiuus. Equidem mirari mecum ſæpe ſoleo, unde tanta in palatis humanis diuerſitas Nam ut Horatiano carmine utar,

Horat

Tres mihi conuiuæ prope diſſentire uidentur.
Poſcentes uario multum diuerſa palato.

Quãquam, ut ait Comicus, quot homines tot ſententiæ, & ſuus cuiq; mos. Tamen nemo me adduxerit, ut credam plus ingenio ineſſe uarietatis, quam palato.

ERASMVS. Ita uix duos reperias, quos eadẽ iuuent. Permultos uidi, qui butyri ac caſei ne olfactum quidẽ ferrent. Sunt qb⁹ carnes nauſeæ ſint. Alius elixis, alius aſſis abſtinet. Multi aquã uino præferunt. Et quod incredibile eſt, uidi hominem, qui nec pane nec uino uteretur.

AV. Et quib⁹ tandẽ miſer ille uictitabat? Quib⁹ ueſcebatur?

ERASMVS. Cæterorum nihil faſtidiebat, non carnes, non Piſces, non olera, non poma.

AVG. Vis ut iſtud tibi credam?

ERASMVS. Si lubet.

AV. Credo, at ea lege, ut uiciſſim mihi mētienti fidē ſis habitur⁹

ERAS. Age faciam, modo uerecunde mentiaris.

AV. Quaſi uero ſit quicquā tuo cōmento impudentius?

ERAS. Quendā in Italia, cum illic agerem, uidere memini, q̄ nullo neq; cibo neq; potu adiutus, ſomno ſaginabatur.

AV. Vt nihil pudet. Nō poſſum illud Satyricū non dicere.

Tunc immēſa caui ſpirant mendacia folles.

Tu poetaris. Tu nunc poetam agis. Nam mentiris dicere, mihi religio eſt. Mentiris dicere, religione prohibemur.

¶Eraſm⁹. Mentiar, ſi nō Plini⁹ autor certiſſimus ſcripſit urſum xiiij dies ſolo ſomno mir: in modū ſaginari, quo tn̄ ita alte premitur, ut ne uulnerib⁹ quidē queat excitari. Imo q̄ magis mireris, addam quod Theophraſtus ſcribit, per id tempus urſor; carnes coctas quoq;, ſi aſſeruenī, reuiuiſcere. Vereor ne Parmeno ille Terentianus iſta non contineat.

CH. Mihi facile fidē facis. Miniſtrarem tibi de ceruinis carnib⁹, ſi ſatis eſſem urbanus. ¶Eraſ. Vnde tibi nunc uenatio?

CH. Midas hominū oīm qui uiuunt liberaliſſim⁹, noſtriq; amantiſſimus, mihi miſit. Idem ſuo more nudiuſtertius hunc ceruum uenat⁹ eſt. Quid tu, qui ſoleas iſtius ſtudij eſſe amantiſſim⁹?

¶Eraſ. Equidem hoc ſtudio plane relicto, iā p̄ter lr̄as nihil uenor.

AV. At mihi uidentur quouis ceruo fugaciores. Duobus tn̄ potiſſimum canibus aſſequimur, admiratione ſcilicet atq; improbitate laboris. Nam & admirari plurimum diſcendi ardorem miniſtrat, & ut facundiſſimus poeta ſcripſit, Labor improbus omnia uincit.

¶Eraſ, Amanter admones Auguſtine, ut ſoles, propterea nō deſiſtam, non quieſcam, non defatigabor, donec conſequar.

CH, Carnes ceruinæ ſunt nunc admodū tempeſtiuæ. Meminis

Plinius de hoc animante quiddã admirabile.

AV. Quidnam obſecro?

CHRI. Quoties arrexere aures, acerrimi eſſe auditus, at contra quando remiſere, ſurdos.

AV. Iſtud ip̃m perſæpe numero euenit. Nam ſi quando mihi fiat ſermo de dandis mihi aureis, nihil tam auritum. Hic eñ cum Pamphilo illo Terentiano aures arrigo, ubi de recipiendis a me uerbum fit, illic remitto.

CH. Laudo te. Facis ut te decet.

AV. Vis de his leporinis clunibus?

CH. Serui tibi.

AV. An de tergo mauis? Hoc anĩal p̃ter terga & poſteriora nihil (habet appetendũ

CH. Vidiſti ne unq̃ leporẽ candidũ?

AUGUST. Sæpe numero, & ſæpius nũero. Plini⁹ in alpibus candidos reperiri ſcribit, quib⁹ hybernis menſib⁹ niuem ꝓ cibatu eſſe ſit creditum, An uerũ ſit Plini⁹ ip̃e uiderit. Quod ſi leporis cutem candidã reddit nix, ſtomachum habeat candidũ, neceſſe eſt

CH. Mihi uériſimile non fit.

AV. Accipe magis admirandũ, at fortaſſe tibi non inauditũ. Idẽ utranq; uim ſingl'is ineſſe teſtatur, maris & fœminæ, ac fœmellas ſine mare æque gignere. Iſtud ip̃m multi aſſeuerant, præſertim uenandi ſtudioſi.

CH. Si nil ineſt nugamenti, uerũ arbitror. Si eſt ut dicis, nihil uerius. Eſt ita ut dicis. Sed hos cuniculos ſi placet, tẽtem⁹, quia pinguiuſculi ſunt ac tenelli. Miniſtrarem illi Nymphæ, ſi propi⁹ aſſiderem. Auguſtine iſtius tibi uicinæ curam age, ſi libet, calles eñ quo geſtu ſit miniſtrandũ iſtis Veneribus.

AV. Teneo quid dicas naſute. Quid te anſerinæ carnes delectãt? Me quidẽ nõ mediocriter iuuant, ut ſum minime faſtidioſus. At hic miſer, neſcio quo pacto nihil me iuuat. Nihil eñ inuiſitã uidi ſiccius. Siccior eſt pumice, aut etiam nouerca Furij illius, in (quem Catullus multum iocatur. Ligneus mihi uidetur.

Et me hercule quantū ſuſpicor, ueteran⁹ miles, immodicis excu
bijs ſeſe macerauit. Aiunt eñ anſerem inter omnia aĩalia longe
eſſe uigilantiſſimū. Et profecto, niſi cõiectura fallor, hunc anſerē
ex eoꝝ numero fuiſſe ſuſpicor, qui canib⁹ una cum excubitorib⁹
ſomno ſopitis, Romanū olim capitolium defenderunt. ¶Chriſt.
Veriſiſſe (ita me deus amet) dicis, nã ex eo ſeculo relictū arbitror.

gallū gallꝰ capꝰ

AV. Hæc quoqꝫ gallina aut parcum ſaginatorē habuit, aut ama
uit, aut certe zelotypa uixit, q̊ quidem morbo hoc animantis ge
nus maxime laborat. Hic capus longe melius pinguit. Vide cu
ræ quid faciant. Quod ſi ex Theodorico noſtro gallo, faceremus
capum, multo citius pingueſceret.

THEODORICVS. Non ſum gallus.

¶Aenigma de Gallo.

gallꝰ gallinaceꝰ

AVG. Fateor non es gallus Cybeles, neqꝫ gallus gallinaceus, at
forte gallus gallaceus.

THEO. Quid hoc uerbi eſt?

AV. Hoc ænigma tibi coniectandum relinquo. Ego Sphyngem
præbui, tu Oedipus eſto, uel ex coniectura ſolue.

CH. Dic mihi bona fide Auguſtine, nulla tibi cum Gallis unquã
neceſſitudo fuit? Nihil ne affinitatis tibi cum gallis contraxiſti?
Nullum fuit commercium?

AVG. Nihil, nihil ſane.

CH. Tanto es nequior. Libet ne de iecore anſerino, quod apud
ueteres in delitijs inprimis habebatur?

AVG. Liberalis es, benignus es Chriſtiane.

CH. Has perdices nemo attigit, nec colūbos quidē Cras eſt dies
ieiunij ab eccleſia indictus, aduerſus hãc eſuriem munite uos.
Agite hoſpites humaniſſimi, quæſo ut cœnulam nr̃am licet tenu
em æqui boniqꝫ conſulatis. Prebete uos hilares ac lubentes, quã
quam conuiuiū tenue ſit & frugale, ego ueſtra facilitate fret⁹, fa
miliariter uos uocare ſum auſus. Et eſt ſane ueſter mihi aduent⁹
conſpectuſqꝫ non modo gratiſſim⁹, uerꝫ etiam iucundiſſim⁹.

¶De conuiuio opiparo & poetico.

AV. Cœna tua Chriſtiane optīe, multis modis ſapida, lauta nobis uidet, Quod excuſas, id unū habetur excuſandum, quod magnificentior ſit, quam ſat eſt. Nam hoc cōuiuium opipaꝝ in primis, ac lautum iudicarim, quod primū ſimplicibꝰ epulis, deinde liberalitate, riſu, iocis, ſalibus ſit conditū, q̄ omnia noſtro cōuiuio non defuerunt. ¶Veꝝ conuiuantiū de numero, hic mihi qddam in mētem uenit, quos neq; pauciores tribus, neq; plures nouem eſſe oportere ſcripſit Varro. Tres enim ſunt Charites, id eſt Gratiæ, beneuolentiaꝝ deæ, & nouē ſunt Muſæ. At hic decē cōuiuas eſſe uideo, uirginibus exceptis. Nihil conuenientius accidere potuit. Nos ſumꝰ Varrone ipo paulo ſapientiores. Nā tres puellas lepidiſſimas, tanq̄ tres Charites adhibuimus. Deinde quia a nouem Muſaꝝ choro Apollo abeſſe nunq̄ credendus eſt, iure decimum adiecimus conuiuam.

¶Chriſt. Poetice dixiſti Si mihi laurꝰ adeſſet, laurea corona caput (tuū cingerem.

AV. Laudo te, ꝓbo te. Nō improbādus es.

Chriſt. Vultis ne hoſpites ſinguli tantundē mea cauſa facere, q̄tū ueſtra ſum facturꝰ? HOSPITES. Volumꝰ, ac libentes qdem

¶Chriſt. Ebibetis igit ordine, ſuū quiſq; calicē. A me exemplum capietis Tibi hoc primū propino Mida.

MIDAS. Accipio a te libenter. ¶Pro quo uulgus præſtolor dicit. Equidem non recuſo. Nihil tua cauſa recuſabo.

Chriſt. Tu deinceps cæteris propina.

¶Midas. ERASME. præbibo tibi dimidiatum cyphum.

ERAS. Precor ut ſit tibi ſaluti. Sit tibi bonū atq; commodum. Proſit tibi. ¶Proficiat inepte dicitur.

PVER. Proſit. Dn̄e Eraſme quidā pro foribꝰ te cōuenire expetit

¶Chriſt. Quiſnā eſt? PVER. Mori famulū ſe dicit, heꝝ eiꝰ ex Britannia aduenifſe, cupere ut ſe uiſat Eraſmus, quandoquidē prima luce iter parat in Germaniam

ERAS. Chriſtiane fac calculum, abire conuenit.

¶Chriſt. Symbolum Eraſme doctiſſime huiꝰ cœnæ dedi. Nō eſt quod quicquam deponas, gratiā habeo, qui dignatus es noſtro

adeſſe conuiuio.

ERAS. Ego pariter tibi gratias ago quod pro tua humanitate ad id conuiuiū longe ſuauiſſimi me uocaris. Valete conſodales optī

¶Chriſt. Heus Dromo: Sedetis iamdudū ocioſi omnes. Libet ne cuiquam quicquam amplius:

HOSPITES. Nihil omnino. Strenue munus nr̄m adminiſtra

¶Chriſt. Tolle igitur, ac bellaria appone. Muta qua (uimus drulas atq; orbes. Tolle cultꝝ meum qui humi decidit. Pira uino perfunde. Adſunt mora præcoqua etiā domi noſtræ nata

¶Hoſpites. Tanto erūt ſuauiora quod uernacula

AV. En pruna cærea, en damaſcena, raꝝ apud nos ſpectaculum En mitia mala. En Mida nouum genꝰ, cuiꝰ matrē ego hiſce manibus conſeui. Nuces caſtaneæ, oīe delitiaꝝ, quas horti noſtri benigne effundunt, genus. Sed floſculi deſunt.

¶Midas. Iſti Gallici ſunt apparatus, q magnificentiā eam potiſſimū amant, quæ minimo cōſtet. Nobis non eſt ea mens, aut ingeniū. Sed heus tu Auguſtine, num tu credis te hic immnnē bibiſſe: Ego te meis immunem reddam poculis, at Chriſtiano dimidium cyphi debes.

AV. Chriſtianꝰ iamdudū me miſſum facit. Obſecro te, relinque hanc ingluuiem.

¶Ch. ita fiet. Sed quorſum iſte euaſurus eſt hodie: Symbolū reddas oportet, unꝰ noīe oīm, Ne uerere, perfacile poteris Fac quod ſæpe feciſti, ut aliqua elegātia, doctiores a cœna ſurgamus. Neq; em̄ clam te eſt, ueteres illos in ſecūdis menſis hilariora quædam diſputare ſolitos. Age igitur. Quibus modis hæc oratio p̄t enunciari, indignum auditu:

¶Indignū auditu, For.

AV. Dixti pulchre per poſteriꝰ ſupinū Auditu minime eſt dignū Indignū eſt audiri. Haud dignū eſt quod audiat. Eſt ut audiat indignum. Leuius eſt, q̄ quod audiri debeat. Vix operæpreciū eſt ſcribere. Non tanti eſt ut audiatur. Ineptius eſt, quam qd̄ audiatur, Non eſt operæprecium narrare

¶Chriſtia. Quot modis hæc ſentẽtia uerti poteſt? Il moy beacop de labeur, temps, ou de pecũne eſcoſte. Das hait mih uiler arbeit/ zijt, oder gelt geſtanden.

¶Variandi ratio hanc orationem, multo mihi conſtat.

AV. His uerbis. impendo, inſumo, impartio, conſtat. Vt, multum in te docendo inſumpſi laboris. Plurimũ in ea re operæ inſumpſi. Non minus pecuniæ q̃ curæ in eã rem impendi. Nõ parum inſumpſi pecuniæ, tẽp oris permultũ, laboris plurimũ, ingenij nonnihil. Multũ lucubrationis impendi. Multis uigilijs hæc res mihi conſtat, multo ſudore, multa opera, plurimo labore, ſumptu ingenti, pecunia magna. Pluris mihi conſtat q̃ credis. Minoris mihi conſtat uxor, q̃ equus meus.

¶Chriſt. At quid ſibi uult Auguſtine, quod uerbo iſti, cõſtat, mõ ablatiuũ, modo genitiuum apponis?

AV. Quæſtionem plane perutilẽ, ac late patentẽ mouiſti, uerũ ne conuiuas loquacitate mea premã, pauciſſimis abſoluã. Sed cupio ſingulorũ hac de re audire ſententiã, ne cuiq̃ (ut dixi) ſim moleſtus.

¶Chr. Quid ni cupiant uel puellæ idem?

AV. Scis ne quædã uerba emẽdi & uendẽdi euiuſmodi ſignificationis, quibus apponant hi gtĩ ſoli. Tanti quanti, pluris minoris? At ita ſi ſubſtantiuis non apponant, quæ ſi accidant, utraque in ablatm̃ caſum uertunt. Quod ſi precium apponatur, pones in ablatiuo. Si per adiectm̃, ſubſtantm̃ in ablatiuo pones, niſi per aduerbium loqui malis.

CH. Quænã uerba ſunt, de q̃bus præcipis?

¶Emendi, æſtimandique uerba.

AV. Hæc fere ſunt. Emo, mercor, redimo aut captũ aut perditũ, uendo. uenũdo. Reuẽdo, rurſus uendo qđ mihi uẽditũ erat. Voeneo. i. uẽdor, in pręterito, uœniui uł uœnij, in ſupino uœnũ. Hinc uœnalis Ab illo. i. uendo, uendibilis manat. Mereo ꝓ inſeruio & ſtipendiũ facio. Comparo, id eſt emo uel committo. Commuto Muto, permuto changier, vuechten. Cambire penitus barbarũ in hoc ſenſu æſtimo, taxo, indico, cenſeo, achten/ſchetzen, preſiers/

Liceor, eris, licitor, aris, dynghen malckander, offrir. Addico zo ſagen, adder Diſtrahor, id eſt circũferor ut uœneam. Metior, pro æſtimo, aut taxo, achten, beſyen. Conſtat, pro emit. Conducere, beſtain. Locare, vſſlenen. verdingen, louen offaſtaller. Fœnero ad fœnus do. Fœneror ad fœn⁹ accipio. Paciſcor, pact⁹ ſum Pango, pepigi, pactum facio. ¶Chriſt. Da exemplum.

¶Vendendi & emendi For.

AV. Quanti iſtum agꝝ in ſingulos annos locas? Reſpõdebimus Vigenis francis. Hui nimio locas. Imo locaui olim multo pluris At ego tanti nõ cõducã. Si cõduxeris minoris, pereã. Imo iã vicinus tu⁹ Chremes agꝝ obtulit, ac rogat. Quãti? Tantidẽ q̃tum tu petis, at multo meliorẽ. Mentiris. Facio, ut ſolent qui licentur. Tu ipſe tãti poſſide Quid liceris uel licitaris, cũ nihil ſis emptur⁹? Quãticũq; addixeris, ſoluã integerrime. ¶Chriſt. Alteꝝ exẽplũ. AV. Congꝝ iſtũ Syra quãti uendis? Decem obulis. Nimio turpiſſima. Imo mĩmo, nllã tibi uẽdet minoris. Moriar ſi non tãto mihi conſtet, aut certe non mlto minoris. Mẽtiris uenefica, qm̃ duplo uis uendere, aut triplo. Et cẽtuplo ſi queam, at fatuos non inuenio. Quid ſi liciter teipam? Quãti æſtimas te? Vt lubet, q̃nti me liceris? Quanti æſtimas te? Dic quanti te taxas? Decem ſcutis Hui, tanti? Eho, an tu minoris me æſtimas? ego olim nõ ſemel. pluris una nocte ſum cõducta. Credo. at nunc nõ paulo minoris æſtimo quã piſcem. Abi in malã rem ganeo, tantidẽ te æſtiio, q̃nti tu me Qui te duodenario emerit, nimio emerit Aut pluris emar aut non uendar. Si magno uœnire cupis, larua tibi opus eſt, nam rugæ iſtæ nõ ſinunt, vt carius vendaris. Et qui tanti me nolit, nõ ſum uenalis. Ego ne culmo quidẽ te emero. Conſtiti pluris.

¶Chriſt. Tertium exemplum

AV. Auctioni hodiernæ interfui. Ain tu? Licitatus ſum uectigalia. Quanti tandem? Decem mill.b⁹. Hui, tanti? Ne mireris, erãt qui multo pluris licerentur, pauci qui minoris. Cui tandem addicta ſunt uectigalia? Chremeti vxoris tuæ ſummo & maxĩo amico.

Groth vendo

Sed diuina quãti ſunt addicta? Decem. Imo quindecim, bone Ego mihi hoĩem ip̃m cum tota familia dimidio addictũ nolim. At ille uxorem tuã duplo emptã cupit ¶ Aduertiſti ne in his orationibꝰ ubicũq; adſit ſubſtantiuũ precij, id in ablatiuo poni, cęteris aut in genitiuo poſitis, aut in aduerbium mutatis? Comparatiuũ nunq̃ audiſti ſine ſubſtantiuis, exceptis illis duobꝰ, pluris & minoris. Verꝫ ubi has Eraſmi tui elegantias leges, rectiꝰ intelliges. Ille em̃ hunc modũ explicuit luculentiſſime. Sunt & alia uerba his, de qͥbus ſumuis locuti, nõ admodũ diſſimilia. Sum, facio, habeo, duco, æſtimo, pendo, quæ idem fere ſignificant, fio itidem, achtenter. Iunguñt aũt his fere genitiuis, multi, parui, magni, pluris, plurimi, minoris, minimi, maioris, maximi, tanti, quanti, flocci pili, nihili, nauci, & ſi qua ſunt his ſĩlia. CH. Da exempla.

¶ Aeſtimandi Fomulæ.

AVG. Scis quanti te ſemper fecerim. Tanti fies apud hoĩes, q̃ntꝫ uirtutem facies. Præceptores meos ſemper feci plurimi. Aurum hac tempeſtate magni penditur. literæ nihili ducuñt. Aurꝫ minoris habeo q̃ꝫ credas. Tuas minas flocci facio. Promiſſa tua duco minimi. Non pili te facio. Si tanti ſapientia penderet quãti pecunia, nemo auro egeret. Pluris apud nos fit aurꝫ ſine ſapientia, q̃ꝫ ſapientia ſine auro. Non pluris te habeo, q̃ꝫ doctus ſis. Minoris hic fies qđ mentiri minime calleas. Hi multi fiũt, qui nigrꝫ in candidum vertunt. Hoc mihi pluris es, quod lr̃as meas amas & alias Tanti apud oẽs eris, quantum poſſidebis. Tanti ubiq; habeberis, quantum habebis. Non quãti habearis, ſed q̃nti ſis intereſt. Tãti Christianũ meũ facio quãti aliũ neminẽ ¶ Inueniunt & alia uerba cum his genitiuis & ablatiuis. Petrus oſculũ puellę ſcutato emit. Sit illi fauſtũ, nolim ego baſiare tanti. Quãti luditis? Quanti cœnaſtis? Quoſdã ſexcentis ſeſtercijs cœnaſſe legimus. at Galli ſæpe numero Liardo cœnitant. Fauſtꝰ quanti docet? Paruo. At pluris q̃ꝫ denis Quãti igit? Vndeuiginti aureis. Non diſcam mentiri tanti. Phędria apđ Terentiũ, & rem & ſeip̃m perdidit. At nolim ego amare tanti. Aequi boniq; conſulas oro, nim fijr guor, prendre

en grez ou en bien, nemet in guyt. ¶Eſt & aliud verborum genus q̄ accuſatiuū una cum genitiuo aut ablatiuo caſum exigunt, q̄ ſunt accuſo, id eſt obijcio crimē aut culpo etiā abſentē. Incuſo inculpo extra iudiciū. Arguo reprehendo, aut oſtendo culpam. Inſimulo impingo ſuſpicionē culpæ. Poſtulo, in cauſam. Damno, cōdemno, pronuncio illum eſſe in culpa.

¶Exempli cauſa accuſandi For,

Scipio accuſatus eſt ambitus, ambitu, aut de ambitu. Arguis me impudentiæ ipſe impudentiſſimus. Lepidus poſtulatus eſt repetundarum. Si hoiem iuſimulabis auaritiæ, male audies. Admoneto eū priſtinę fortunæ. Mortales ipſo ſuo uocabulo ſuæ cōditionis admonent. ¶Sunt pleraque q̄ accm̄ geminū admittāt. Doceo te lr̄as Exorat te ueniā. Dedocebo te iſtos mores. Popoſcit me mutuū. ¶Hic eius rei mihi admonendus es, quod ſcd̄m accuſatiuū etiā paſſiua obtinent, in alijs genitiuus manet. A me doctus es lr̄as. Poſtulant me furti, poſtulor furti. Accuſas me ſacrilegij. Scio te nondū expletum. Scio aīo tuo nondū eſſe ſatiſfactum Quando em̄ tantus helluo ſatiari nequeas Eraſmi cōmentarios legito, qui ſi neqbūt explere te, nunq̄ expleberis. Sed cōuiuis parcendū eſt, quos hæc non oēs perinde delectant. Cœnate, Int deambulandū, id qd' ſymbolo deerit, perſoluemus, niſi quid aliud cenſes

CH. Agamus deo gr̄as immortali, deinde pauliſper deābulaturi

MIDAS. Pulchre dicis. Nihil em̄ hoc ueſpertino cœlo amœnius. ¶Chriſt. Petre adeſdum. Tolle ſuo quæque ordine, ac uinū cyphis infunde. Qui nos creauit, redemit & pauit, bn̄dictus ſit in æternū. HOSPITES. amen.

¶Criſt. Gratias agimus tibi omīpotens deus, qui pro tua largitate & gr̄a nos alis tuos famulos, miſerere uiuorum, pacemque dones eccleſiæ tuæ, ac requiem in tuo regno animabus fratrum noſtrorum & patrum largiaris æternam. ¶Hoſpites. Amen

¶Chriſt. Habeo uobis hoſpites candidiſſimi gr̄am, qui ad hoc cōuiuiolum uenire dignati eſtis. Oro æqui bonique conſulatis.

¶Hoſpites. Nos uiciſſim gr̄as referre uolumus, non etiā habere.

Proinde oramus, ne longiores gratiarꝝ actiones cõmemorare pergas. Quin ſurgamus & expatiemur.

AV. Ducamus nobiſcũ uirgines, nam eo minus moleſta erit deambulatio.

¶Ch. Recte ſentis. Vtrũ mauis nr̃is in hortis more Poetico reptare, an foris ad amnem expatiari?

AV. Habent quidem horti tui amœnitatis permultũ, uerũ eã voluptatem matutinis deambulationibꝰ ſerua At ſole inclinato, amniũ aſpectus oculos mirũ in modũ iuuant

Chriſt. Antecede igit̃ Auguſtie, ut poeta dignum eſt, ego latꝰ tuũ claudam

AV. Bone deus quantũ comitũ, quantã pompam nobiſcum ducimus. Dici non põt chriſtiane q̃ntum mihi placeã. Satrapes mihi uideor.

¶Ghriſt. Age nunc ꝓmiſſum præſta. Solue quod recepiſti.

AV. Quid me potiſſimum uis dicere?

¶Chriſt Ego quondã in Eraſmi or̃one cum mlt̃a tum illud in primis ſolebam admirari, quod tam facile, tam crebro, tam uenuſte or̃onem uerteret, quæ res nõ modo ſingularis ingenij uerũ etiam multi uſus mihi uidetur.

AV. Haud iniuria iſtud in Eraſmo admiratus es Chriſtiane. Ille enĩ hac in re diuinam quandam uim obtinet, quam quidem illi cum ingenij dexteritate quadã, tum plurimo & dicendi & legendi & ſcribendi uſu contigiſſe opinor. potius quã ratione aliqua aut præceptione.

¶Criſt. At ego rõnem aliquã iſtius rei ſi fieri poteſt, expectabo.

AV. Ita ut dixi, res habet. Verũ quia te tantopere uideo uelle, q̃ad potero morem geram, eaſq; ratiunculas, quas in Eraſmi or̃onibus mihi uiſus ſum aĩaduertere, ut potero, reddam

CHR. Age percupio.

¶FINIS Coloniæ apud Henricum Noueſienſem.
Menſe Ianuario.

nitans: minus fortes ad to-
lerandā aduersa humane p-
uitatis R̄ Omnis pulchritudo V̄ ii.
Sed eis adueniente spū sco
cū augmento diuine agnito-
nis data est constantia etiam
vincendi hūane inprobitatē
persecutorū. Vn̄ illis dn̄ica pro
missione nūc dicitur. Cū
uenerit paraclitus quem ego
mittam uobis a patre spm̄ ue
ritatis qui a patre procedit il
le testimonium phibebit de me.
et uos testimonium phibebi
tis quia ab initio mecū estis.
R̄ Non conturbetur cor uestrū V̄ iii.
Notandū autē in p̄missis qd
dn̄s spm̄ ueritatis et a se mit
tendū esse testatur. et eundē
mox a patre procedē coniungit.
nō quia idē ipse aliter a patre
procedit. quā a filio mittitur.
sed ideo filius a se eū mitti a patre
dicat procedere. ut aliā patris ali
am esse suam psonā designat.
R̄ Ite in orbe. Laudes. Vigili gali. Cap.
Estote prudentes et uigilate
in orationibz ante omnia autē mu
tuam in uobis metipsis kari
tatem continuā habentes.
quia karitas operit multitudinē

Ff. Theol. Thes. I
83. b.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497694-p0036-2

FAMILIARIUM COLLOQUIORUM FORMULAE,

ET ALIA QUAEDAM PER DES. ERASMUM ROTERODAMUM.

Dialog. 711. a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497694-p0037-8